



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 2618

Et ad hæc quis sufficiens est?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36296

coram æterno patre offerentis accensa thura latè fragrantia & exhalantia fumos. Hos halitus interpretatur esse uocem Euangelij, quæ à Christo summo sacerdote per ipsos spargitur, & est efficax, quia ab ipso Christo editur, non est hominum inuentum, ut de efficacia ministerij statim prolixè dicetur in capite proximo, ubi ait, Euangeliū esse ministerium Spiritus, & uitæ. Vult enim ostendere discri men Legis & Euangelij, & refutat Pseudoapostolos, qui multa futiliter de Lege dicebant, conabantur politiam Moyſi conseruare, & finge bant homines Lege iustos esse, non intelligebant, in Euangeliō non constitui politiam huius uitæ mortalis, sed offerri filium Dei, qui remittit & abolet peccatum & mortem, & restituit æternam iusticiam & uitam, ut postea copiosius dicetur.

Et ad hæc quis sufficiens est?

Inservit breuem commemorationem de sua fidelitate, postea de efficacia loquitur. Ac duæ sunt sententiæ, quas tenere ambas necesse est. Prior hæc est: Certum

X 4 est

II. EPISTOLA AD

est, ministerium Euangeliū efficax esse non
potentia ulla humana, sed diuina, ut po-
stea dicetur.

Hic dicat aliquis: Nihil igitur refer,
a quibus aut quomodo doceatur. Si hu-
mana potentia nihil agit? Huic obieci-
oni respondet altera sententia, quae hic in-
citatur: Etiam si efficacia est diuina, tam
nos oportet fideles esse in docendo, id ei
uocem Euangeliū incorruptam tradere, b-
ut in priore Epistola dicit: Hoc requi-
ritur, ut fideles simus. Ita hic inquit: si
firmo me fidelem esse, docere sine com-
ptelis traditam a Deo doctrinam, & iu-
rente & spectante meum cursum & iuu-
te Christo. Non misceo ueritati prau-
dogmata, sicut Caupones uina corru-
punt. Non inflecto ueritatem ad affectu-
ludorum, qui somniant regnum politi-
cum, non ad iudicia rationis, quæ putu-
Lege tolli peccatum, & nec Legem ne-
iusticiam Euangeliū recte intelligit. Ab
hac cōmemoratione de sua fidelitate redi-
ad alteram sententiam de effica-
cia, & de discrimine Le-
gis & Euan-
geliū.

Ch.